

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 16 : De Daedalo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[97\] : De Daedalo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 16 : De Dædalo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 17 : De Dedale](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 16 : De Dædale](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 16 : De Daedalo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/913>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 231v°-233r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Dédale](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

De Dædalo,

Cap. XVI.

Dædalus, quem ingeniosum & præstantem virum fuisse vel nomen ipsum signifcat, nulla alia de causa fuit tot fabularum fragmentis implicatus, ut vix tandem ex illis euolare potuerit, nisi ut præclara exempla recte sapienterq; viuendi hominibus relinqueset. Hunc Eupalamī sive Euphemī filiū fuisse & Alcippæ tellatur Zer. hist. 19. primæ chil. At Pherecydes Dædalum Erechthei viri Atheniensis, & Iphinoes filium fuisse scripsit, à quo èt tribus Dædalidz Athenis fuerunt vocati: nam Dædalus fuit è stirpe Regia illorum, qui dicti sunt metioniz. At Pausanias illum fuisse Palamaonis filiū scripsit in Boioticis. Hic non magis ob artis præstantiam, quā ob errores & casuum varietatem celebritate nominis apud omnes gentes claurit. Dicitur solum verissime, quia sororis suæ Perdices filium Attalum, vel Acalum, vt alii malunt, vel Telen discipulum, at non, vt quidam putarunt, filium Perdices, de tecto per inuidiam delecterit: id enim cum commisisset, sciebat quibus legibus erat obnoxius, quare metu pœnarum ad Minoem Cretæ Regē confugit, quem Endzus eius discipulus, patria Atheniensis secutus est. ait tamen Paus. in Atticis Calum nominatum fuisse illum, ob cuius cedem Dædalus è patria profugerit. Est enim illud innatum in præstatoriis ingenii, ut superiores, aut etiam pares a quo animo preferre non possint; cum omnes maxime nitantur excellere. Hunc fabulantur à Minerua architecturam & universam artem ædificandi, lignaque formandi edictum fuisse: qui cum in Cretam penetrasset & ipsi Regi, & filiabus Regis, ob insignia opera, quæ fecit, mirificè gratus fuit. Hic labyrinthum ad formam illius Aegyptii labyrinthi extroxit, cum eius rationem tantum audiuerisset. Deinde Pasiphae fatus etiam familiaris, cum illa ingenti tauri desiderio teneretur, illudq; Dædalo aperuisset, (nam Venus ob Solis odium, qui suum adulterium patefecit in omnem Solis prolem fruebat) Dædalus dicitur miro artificio ligneam vaccam excogitasse, in quam inclusa Pasiphae cum taurō tē habuit. at enim re postea comperta capitalis fraudis damnatus cum filio è vinculis elapsus, inycum, quæ urbs erat Siciliæ, ad Regem Cocalum amissi filio in itinere evasit, at eum cum Minos insequeretur naui, ad eam Siciliæ partem applicuit primum, ubi Minoam urbem postea vocatam condidit, de qua ita meminit Georgius Gemistus in primo libro rerum Grecarum, *sicutus hucus p[ro]p[ter]e Tæchim i[n] siciliam, q[uod] latere p[ro]p[ter]e passus latus i[n] p[ro]p[ter]e Siciliam, q[uod] si Tæchim satis datus am [sic] e[st] r[ati]onis, r[ati]onis q[uod] r[ati]onis r[ati]onis r[ati]onis inducere. Nauigauit ad eam primum Siciliæ partem, ubi condita est Minos, quā Minos ædificauit ille Rex Cretensium, quando Dædalum quarens in Siciliam appulit, & usus est perbenigno Regis Cocali hospitio. Hic cum à Minoe repeteretur, neque eum Cocalus dedisset, bellum inter Minos & Siculos exarsit, ut ait Paus. in Achæia, cum in Siciliam venisset tanto fuit in honore apud omnes Siculos, vt nullius nomen omnino per id tempus neque in Sicilia, neque in Italia magis esset celebre. Cum vero fugeret è Crete, fabulati sunt anti qui Dædalum sibi, & Icaro filio alas è cera excogitasse, ut iis ex imperio Minois, qui late terra marique imperabat, eo tempore evolarent. Sed cum Dædalus & Icaro & sibi alas humeris aptaret, multis verbis filium monuit ne vel sublimiora loca, vel mari nimis propinquæ expeteret, sed medium quandam regionis viam seruaret, seque volantem sequeretur: verum Icarus, quæ sunt ad-*

adolescentum ingenia, parum ea referre ratus, neglectisque utilibus paternis, ac salubribus admonitionibus, caput suavitate volandi altiora loca exceptiuit, quare alii nimio solis calore liquefactis in mare præceps decidit, quod ab eo fuit Icarum nominatum, ut ait Quid.lib. 1. de arte

Icare clamabat, pennas aspergit in vndis;

Olla tegit tellus, ex quora nomen habent.

Andrætas tamen Tenedius in nauigatione Propontidis Icarium mare non ab Icaro Dædali filio, sed ab una Cycladum, quæ Maeris & Icarus dicebatur, nominatum fuisse scripsit. Habuit Dædalus uxorem Gortynidem filiam, e qua suscepit liberos Scyllidem, & Dipxenum, ut ait Paul. in Corinthiacis, e quadam Cretensi muliere præterea Iapygem, e Nauerate serua Icarum. Atq; à Iapyge filio Dædali Iapygia dicta fuit, ut ait Stra.lib. 6. Cum ante Dædali tempora sine manibus, vel pedibus, vel oculis statu effingerentur ab antiquis, primus omnium mortalium Dædalus dehinc eis partes suffecit; quare dictus est fecisse simulacra, quæ mouerentur, quod non etiam pedibus carent, ut indicat Eurip. in Hecuba;

*Αποσίνης φύγει τοῦ Βραχονίου,
τοῦ χρυσοῦ, τοῦ ερυζοῦ, τοῦ ποδού βάρου,
τοῦ δακτύλου τοῦ χρυσού, τοῦ δακτύλου τοῦ βάρου.*

Si sit mihi vox, brachiis si robora;

Si vel manibus, comisus, si in gressu pedum,

Vel Dædali arte, vel Deum cuiuspiam.

Sic Plato Comicus In decipiente;

*τὸ δακτύλου τοῦτον αἰνῆται δοῦνει,
βαίνων ἀριθμόν.*

Dicas moueri cuncta sanè Dædala, &

Videre simulacula.

Non tamen ad perfectam & absolutam artem sculpendarum statuarum ventum erat adhuc Dædali tempore; quippe cum scribat Paul. in Corinthiacis Dædali opera crudia fuisse, neque aspectu decora; sed quæ tamen diuinitatē quandam præ se ferrent. Inter præclara Dædali opera sella compactilis numerata est, quæ fuit in delubro Mineruæ Poliadis apud Athenienses dicata; omnesque ligneæ statuæ, Dædala dicebantur antiquitus. Erat & solennitas quedam, quæ Dædalea vocabatur, quam hac de causa institutam fuisse fabulantr; Iuno aliquando Ioui irata dicitur in Eubzam peruenisse, quam cum placare Iupiter conaretur, ad Citheronem, qui Platzenibas imperabat, virum consilio & calliditate sanè præstantissimum peruenit. Tum Iupiter eius monitu ligneum simulachrum fabri cauit, quod vestibus induitum super plaustro collocauit, famamque in omnes dedit, quod esset Platzenam Alopi filiam ducturus. Id ubi sensisset Iuno statim accurrit, manusque imaginis iniecit; cum lacerata veste sensit se incundè fuisse deceptam, quare facile cum Ioue in gratiam rediit. Ad huius rei memoriam lignea imago, quæ Dædala vocabatur, septimo quoque anno plaustro imponebatur, & cum pompa ad delubrum Iunonis vehebatur, ut scripsit Phylarchus lib. 19. historiarum. Neque tamen ex quibusvis lignis illa imago efficeretur, sed hoc ritu eligebatur ad illam lignum. Lucas fuit quidam in Berotia non procul ab Alalcomenis omnium maximus, & percutulæ ibi querens ibant in eum lucum Platzenes, & elixarum carnium fructa exponebant, quibus præter ceteras

30

40

Mythologiae I

teras aues maximè negotium sicut cum coruis, quos omni conatu arcere & à carnibus expellere nitebatur. Ex aliis vero volucribus obseruabat, quæ carnem abripuerit, super qua arbore confederit: neque licet ex alia materia Dædala cedere, nisi ex illa arbore qua prima ita fuerit indicata. Hæc ferè illa sunt omnia, quæ de Dædalo celebrata sunt, quorum sententiam nunc perquiramus. Quod artifex ingeniosus fuit Dædalus, sororisque filium Attalum, vel Telen, vel Calum, qui figuli rotam & ferram ad imitationem dentium serpentis, quæ parvulum tabellam corroserat, inuenit, interemerit; eaq; de causa solum vicerit, & in Cretam profugerit, ubi familiaris Minois &

10 Pasiphae factus sit, historicè quidem, at non fabulosè narratum est. Quod etiam Pasiphae cum tauro congreßa sit, illud historicè dictum est, ut explicemus: atque cum adulterii non solum conscius, sed etiam adiutor Dædaluſ fuisset, quod fuit à Minoe in vincula coniectus rā cū filio Icaro. Hi carceribus reclusis per duas nauiculas nasci, cum nonnullis, qui odio habebant nimis leueram Minois administrationem velis in ventos explicatis, remorūque utrinque valide impellentium beneficio, fugam attipuerunt; Dædalusque in Siciliam peruenit, at Icarus ob imperitiam Naucleri in scopulū impegit, & naufragium fecit, ac pereit. Dictus est autem Dædaluſ alas ex cogitaſt, quia cum illum classis Minois insequeretur, ipse primus velificationem inuenit; ac ventum secundum in puppim natus Minois classem anteuerit, quæ remis tantum vtebatur, ut ait Paus, in Eroiticis. Arbitrati sunt nonnulli præterea dictam fuisse Pasiphaen in amorem tauri incidisse, quia cum ex Dædalo de auro inter astra collocato, deque vnoversa re astronomica audiuerit, in astronomizamō em inciderit; ut ait Lucianus in dialogo de Astrologia, cur vero Minos postea illū insecuritus sit, aliam afferunt rationem. Atque hæc quidem historicè à diversis scriptoribus de Dædalo memorantur. Nunc quod ad mores pertinet, consideremus omnium malorum, omniamque calamitarum sane fundamentum est iniustitia: nam quia Calum Dædaluſ ē turri per inuidiam p̄cipitauit, in multos labores & ipse inuidit; qui neque Regiam quidem amicitiam firmam esse ant tuam sceleratis hominibus expertus est. Quæ potest enim esse ingenii præstantia, quæ non miserrima sit, cum fuerit cum improbitate & turpitudine coniuncta? cū igitur ad summa contendere Dædaluſ, summorumque hominum amicitias expeteret, illud ipse expertus est, quod filio persuadere non potuit, mediocritatem tutius exoptari; cum summa cuiusq; fortunq; vel summa felicera, vel summa calamitates soleant eile coniuncta. Hæc ipsa ratio effecit cum in Siciliam volaturus alias Icaro accommodaret, ut illū admonuerit media semper esse expetenda, quare inter volādū ēt neq; nimis sole ēt accedendi ob ingētē calorē, neq; nimis ad mare ne fierent alit, quā oportet, ob aquā grauiores, aut ob frigus dutiōres. Sic igitur cū monet apud Ovid. lib. 2. de arte;

20 Me pennis sectare datus; ego prævius ibo.
Sit tibi cura sequi: me duce tutus eris.
Nam hue ætherias visimo sole per auras
Ibimus, impatiens cera caloris erit.
Sive humiles propiore freco iactabimus alas,
mobilis æquoreis penna madefi, et aquis.
Inter virung; vola: ventos quoq; nate cauetto.
Quaq; vocant auræ vela secunda dato.

30

Quæ

Quæ precepit si quis diligenter consideret, sanè parum pertinent ad narrationem, ac plurimum ad institutionem humanæ ritus, siquidem multo gravior est fortunatorum casus, quam eorum, qui diu infeliciiter regunt; omnisq; felicitatis molesta est iactura illis, quibus aduersa fortuna spirare ceperit. Neq; alia de causa hæc celebrata sunt a poetis, nisi ut demonstrarent diuinatram, & rerum omnium excellentiam nemini esse tutam: optimamq; essemmodicritatem, quæ neq; inuidiam secum teahat plurimorumq; in contentatur: quod patitur infima hoium cōditio. At nunc de Pelope dicaratur.

De Pelope.

Cap. XVII.

10

Pelops ille, cuius humerum Ceres comedit, Taygetes & Tantali filius fuisse dicitur ut testatur Eurip. in Oreste;

Ab hoc Pelops est editus Atrei pater.

Pelopem alii patris fuisse Lydum, alii Paphlagonium memorant; verū quinque patris illi fuit, huiusmodi de illo res narrantur. Oenomaus Rex Elii: ac Pise, cum percepisset ex oraculo futurum esse ut à genero interficeretur, filiamque haberet eximij pulchritudinis ex Eutythoe Hippodamiam, omnibus artibus conatus est homines ab eius cōiugio deterrere. Atque currule certamen proposuit Hippodamiz parentibus procis, ea lege, ut qui vixit fuisse, trucidaretur: qui vero vixit extitisset, Hippodamiz matronum obtineret. Alii tamen illud factū fuisse à patre maluerunt, quia filiam amarer, quam nemini volebat concedere: quare illa de oraculo dicitur finisse. Amabatur eadem à Myrtilo Mercurii & Cleobules filio; vel ut ali voluerunt. Phæthon; ut ali Manos, qui ariaga erat patris ipsius Hippodamiz. Inter exterros igitur procos post cedes tredecim aliorum, sū forma praetantem Pelopem Hippodamiz vidisset, in eius amorem incidit, atque eam egit cum Myrtilo ut viatoriam aduersus patrem Pelopi concederet. Tum Myrtibus clausos modiolis rotarum non immisit, quare fecit ut Oenomaus à Pelope vinceretur, ac caderetur labentibus rotis. Alii dicunt Oenomaum superatum fuisse à Pelope, quia Myrtibus cœcos clausos modiolis infixerit. Concedebat enim Oenomaus procis ut Hippodamiam in suis curribus haberent, atque cursus initium à fluvio Clade, hunc tñ humum Coiōthiacum esse voluit; ipsoque cum hasta à tergo currens in cursu sequebatur, qui ab equis velocissimis Philla, & Arpinaz trahebatur. si igitur comprehensos procos ipse Oenomaus hasta à tergo transfigebat. Tunc iraque dolis Myrtili vixit à Pelope Oenomaus cum moreretur imprecatus est Myrtilo ut à Pelope occideretur, quod etiam postea contigit. Nam cum Pelops asporta et Hippodamiam, eaque sicim patetetur in itinere, secessit pauprimer de via Pelops ad aquam hauriendam: hanc primam sati aptam occasionem tatus Mytilus absente Pelope Hippodamiam vitiare conatus est. Tunc Hippodamia reuerso Pelopi Mytilum acculavit, quem Pelops apud Gerzilum promontorium in mare decruxit, quod mare ab eo postea Myrron dictum fuit, ut significavit Euripides in Oreste. at Istrua libro duodecimo rerum Atticarum virum bellicosum fuisse Mytilum scripsit, qui ob promissam sibi, & polica non concessam Hippodamiam, cum Pelope certauerit, à quo camen vixit fuisse. scripsit Paul. in prioribus Eliacis, non duos tan-

Non tum,